Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



eiusdem generis est: sibi ipsi iocundum est: idque maxime omnis quisque ad seipsum habet necesse est omnes alios plus: alios minus: se ipsos amare. Nam omnia illa vnicuique ad seipsum maxime insunt. Quapropter si omnes seipsos amant: sua quoque vniuersaque iocunda esse necesse est. ut opa. orationes. Quare assentatores ut plurimum atque amatores amici sunt. ambitiosi quoque: ac liberorum amore uicti. nam liberi opa sua sunt. Manifestum quoque supplere iocundum. quum opus iam suum fit. Et quum principari iocundissimum est: ideo sapientem esse iocundum videtur. Nam sapere principantis est. Sapientia quoque multarum ac mirabilium rerum scientia est. Adreterea quoniam ut plurimum ambitiosi sunt necesse est inuidare alios quoque iocundum esse. Item in quo omnisquisque sibi optimus esse videtur eo uersatur. Eurupides ait. In id adducitur magna diei partem ei attribuens. ut ipse seipso seruatur. cui sit optimum. Insuper cum ludis et iocis exiocundis sint. omnium quoque omne ac risus et ridicula iocunda necessario sunt. et homines et uerba et opa. sed desidiosis in hys que de arte poetica dicta sunt determinatum est. Verum de iocundis hec dicta sunt. dolorem aut inferentia ex contrarys horum patent. Cuorum igitur gratia iniuriantur. hec sunt. Capitulum 12.

Quomodo se hinites et quibus iniuriantur &c.

Nunc autem quomodo se habentes et quibus exponamus. ipsi ergo tum rem geri possibilem arbitrantur et sibi possibilem. sive celare sperent sive deprehensos non daturos poenas aut daturos quidem sed minoris sibi uel suis futurum supplicium quam emolumentum uerum que possibilia quaque impossibilia uideantur posterius explanabitur. communia enim sunt omnibus rethorice parentibus ipsi autem posse se absque damno iniuriari arbitrant si orationis copiam habeant. si actiui sunt. si multis in certaminibus experti. si amicos habundant. si diuites sunt. aut ipsi maxime sint. aut saltem huiusmodi sibi amici aut ministri aut socii sint.